



auribus dñi sequi. & uerba eius audire ualeamus. **A**udite & contestamini in domo iacob dicit dñs dñs exercituum quia in die uisitare coepero praeuarricationes israel. **P**raecipit autem sermo propheticus ut primū audiant. deinde contestentur in domo iacob. id est in decem tribus quae dñs dixerit. cum coepero inquit uisitare praeuarricationes uel impietatis domus isrlt & eis reddere quae merentur. & capti uisitate tempus aduenerit. Tunc destruentur altaria bel ubi erant aurei utuli. & amputabuntur cornua altaris quod hieroboam quoq; manu extendente disruptum est. Et ruent in terra assirio uas tante confraeta. & percussa inquit domū hie malem cum domo aestiua. quod simpliciter iuxta litteram accipere possumus. Tantarū eos fuisse opum ut duplices haberent domos hie males & aestiuas. Quorum aliae uersae essent ad aquilonem. aliae ad austrū. ut prouarietate temporū rigoris & calor is caelique temperiem prouiderent. Possumus domū hie malem appellare regni isrlt. in qua frigus erat re legionis. & cultus di. uariq; uentorum turbine & saeva tempestas. & domum aestiua iudam & hierusalē in qua erat templum & offerrebantur holocausta mane & uespere. & uigebat calor religionis. & peribunt aut domus eburnae. Quod iuxta historiam scripta repote est. legimus enim ab regem isrlt tantis fluxis se delictis ut domum sibi ebur

70
neam fecerit. Pro heborneis domus dicitur. Id est elephantina. In hebreis inuenimus. De quibus & in xlvi psalmo scriptum est. Adomibus heborneis ex quibus laetificauerunt filiae regum. quando uisitare coepit dñs praeuarricationes isrlt. qui prius dñm altare quod habet ecclesia. sed altaria hereticorum plurima. Tot enim habent altaria quot se bis mat amputauit. & cornua altaris. Quod per superbiam unum habere se uolunt. Cadentq; eorum cornua id est arrogancia in terra. & percussa domū hie malem. eos hereticos qui laborant. continentia & ieiunio xero fagus & chamaeonis. & quibus tatanus & manicheus. & domum aestiua. ut nicolaitas & eunomitas & ueteres hereticores. nouos sectatores. qui propter uentris ingluuiem omnem recipiunt uoluptatem. & peribunt domus heborneae quae astifici & rethorici nitentis. splendore compositae sunt. & dissipabuntur aedes multae. quae in toto orbe dispersae sunt. Una enim uertice resurgente. multae mendacia destruentur. Pro domo hie male oikōn tonne pitepon. lxx transfulerunt. quod nos interpretati sumus pinnatam eo quod hostiola habeat per fenestras & quasi pinnas ad magnitudine frigoris repellenda. **FINIT EXPLANATIONUM IN AMOS LIBER PRIMUS. INCIPIT LIBER II.**